Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in apocalypsi anglis aut; Inferus
y mors missis in stagnum ignis.
Hec mors secda est. stagnum ignis.
Vae hac quoq; christus in eu- angelio
dicit; Mittite eum in te- nebras
exteriores. ibi erit fletus y stridor
dentium. Hanc certe habitatio
ne non solum impioy animę.
uerum etiam quia earum corpora dila
nient immortales uermes here
ditabunt. sacra scriptura attes
tante quę ait; Dnis omipc uin
dicabit inimicis. in die iudicii uisi
tabit illos. dabit enim ignem et
uermes. in carne eoy ut urant.
y sentiant usq; in sempiternum.
Et rursum. Vermes eoy non mo
rientur. y ignis eoy non extinguet.
y erunt usq; ad satietatem uisionis
omni carni. Pauete miseri torrentem
in pice. quia y subito rapit. y
eos quos rapuerit. ad ambulan
dum liberos gressus habere mini
me permittit; Pauete humum
sulphuris. quę intolerabilem
fetorem exalat; Pauescite terram
in pice ardentem. quia quos suscip
it. simul y compeditos reddit;
Formidate terram miserię. quia
omnis indigentia ibi erit; Pauesci
te os inferni. absq; ullo termino
patefactum. quia crudeliter atq;
insatiabiliter cunctos deuorans.
nec saturare. nec sufficit dicere
nouit; Fugite stagnum ignis.
quia quos suscipit mergit. necat
y urit; Cauete tenebros exterio
res. quia nullum ad eas lumen acce
dit; Fuadere curate fletum y stri
dorem dentium. quib; finis nunquam
aderit; Timete uermes immorta
les. quia in manducando carnes
uras nulla eis aderit satietas; Et
cum tot ac tanta uobis in eternum
adhesserint tormenta. nunquam
deerit singularis auaritię. om
nium q; deterior excruciatio;
Vnde y Iacobus uobis dicitur;
Agite nunc diuites. plorate ululan
tes in miseriis quę aduenient
uobis; Diuitię uestre putrefacte sunt.
uestimenta uestra arineis comesta sunt.
aurum y argentum uestrum eruginauit.
y erugo in testimonium uobis